

... hanc hanc ...

... hanc hanc ...

... hanc hanc ...


... hanc hanc ...

... hanc hanc ...

... hanc hanc ...

- Personalschriften -
 = 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Loo.	44. Heinrich, Sam.	35. Pucklirsch, Jos.
32. 33. 34. } Baldwin, Friedr.	46. Holtzmüller, Joh.	41. Quellmaltz, Loo.
42. Bamberg, Loo. d. J.	29. Horlemann, Andr.	8. Röber, Sabina
26. 27. } Barthmann, Joh.	49. Hülsemann, Johann.	45. Schindler-Berg
4. 5. } Biener, Christ.	50. Hlchner, Paul	43. Sperling, Paul
40. Braun, Valmt.	7. Johann Georg, Kerfützt	18. Ströer, Matth.
20. Coler, Johann	21. Kirsten, Mart.	1. Treutzsch, Chris. u. a.
22. Cramer, Theod.	17. Liborius, Johann	11. Ull, Johannes
24. Crusius, A.	16. Macht, Michael	12. ders.
48. Ehrenhold	3. Neefe, Joh. Cusp.	25. Wagner, Gottf.
23. Emmerling, Sam.	13. Nigrinus, Wilh.	6. Weber, Paul
51. 52. } Ferdinand III	14. ders.	31. Wächinger, Joh.
53. } Ferdinand III	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
10. Gärtner, Paul	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
47. Gotterrichtungen, nach Ovidischer Art	36. Plattner, Georg	9. Weller, Jakob
2. Graul, Daniel	37. Polonius, Raph.	19. ders.
28. Graul, Daniel	38. ders.	30. ders.



Ευφροσύνησιν Ἰπταλάμιν
SACRO NUPTIALI
VIRI

*Reverendi, Pietatisq; & Eruditionis radiis
fulgentissimi*

DN. JOSEPHI Pucflirsch
Ecclesiae V Waldheimensis Diaconi fidelissimi,
SPONSI,

Cum lectissimâ & moratissimâ Virgine

CATHARINA,
Dn. TOBIÆ HÆNELII, Civis quon-
dam apud Schlackoverdenses primarii
relictâ Filiâ, Sponsâ

d. 6. Februarii Waldheimii celebrando
Consecratus

à
Cognatis, Fautoribus, Amicis.

ANNO 1630

Joseph Vs pVCklirsch, Catharina HænLæaqVe Castl
JVra torl patrant: MVnera, Chrliste, para.
M. Sebast. Hommel.

FRIBERGÆ,
EXCUSUS à GEORGIO BEUTHERO.

110
72.



Vi monstras aliis sacrati lumina Verbi,
Exemplo hæc sequeris, ritè, Josephe, tuo:
Namq; elegisti tibi Cor devotus honestum,
Quod clemens spondæ dat DEUS ipse tuæ:
Quare jam, positis aliis de pectore curis,
Cor cura, dura, est hæc pia cura, vale!

*Collega olim suo, compatri amantissimo
posuit honoris gratiâ*

M. Christophorus Fürgang/ Senior,
primus in aulâ Netschkavianâ Con-
cionator.

IN quâ nos omnes voluisti mente manere
Mi Josephe, docet nunc tua Sponsa: Benè!
Ob pulchram mentem Vobis quoq; gratulor, optans,
Votis ut vestris annuat ipse DEUS.

Domino Sponso
Charissimo suo Cognato fecit bona
mentis ergò

Fridericus Ströer Senator
Chemnicensis.

*Joseph lieber Joseph mein/
Hilff mir wiegn mein Kindelein.*

Josephum vocitant, cui non obtemperat uxor,
Uxoris sed qui singula jussa facit.
Sic malè dignoscit vulgus. Josephe, Mariæ
Virginis ad nutum vivis & arbitrium:

Natus

Natus enim Vester Dominus terræq; marisq;
Hujus tu custos illaq; mater erat.
Est noster Sponsus Josephi nomine dictus,
Dictaque de Galli nomine Sponsa fuit:
Non tamen hæc Sponso, sed Sponsæ Sponsus ad unguem
Mandabit fieri talia mille sibi.
Conjugii lex est; jubeat Vir, pareat Uxor:
Ista, Novi Nupti, jura tenete DEI:
Morigeram Sponsam multâ sic prole beabit
Morigerâ matri morigeraq; patri.

*Dn. Sponso Cognato suo dilectissimo
Gratulabundus ludebat*

M. Matthæus Ströder.

JOSEPH, *Quid tentas? Quò tendis? Linque puellam,
GALLINÆ que fert nomen, & omen habet.*
JGALLIS GALLINAS commenda: que tua, cura:
Ni GALLI tentas fortè subire vices?
*Sic est. Non opus hic remoris: tu suscipe GALLI,
GALLULA GALLINÆ, Candide Sponse, vices:*
*Et sic Ova paret tua GALLULA, lumina Matris
Que referunt justè, lumina queq; Patris.*
*Fiat ut, à JOV Arogitando fibritus optat
Cordis Teutonici portio grata tui.*
*Amborum referunt ut nomina, crescite formâ,
Corpore cum sano crescite prole, bonis,
Donis & FLATUS superi vos crescite, casto
Absq; malis Ates crescite Amore. Sat est.*

Ita loco-seriò vovebat Sponsi Adfinis

M. Sebastianus Hommel

Diaconus Chemnicensis.

Sunt duo Præclari, quos Littera sacra JEHOSEPH
Laude suâ memorat de probitate pares.
Alter Chara Patris Rosa, fratrum spina; sed alter
Cygneis plumis Sponsus, & umbra viri.
Alter in Ægyptum ceu Pro-Rex venditus; alter
Niliacas terras Virgine, Rege, petit.
Alter contempsit Dominæ quibus arsit amores,
Alter servavit castus amore fidem.
Alter erat Sophiæ decus, Oeconomusq; fidelis:
Alter simplicitas atq; secure faber.
Alter erat Dominus dives Pharaonis in aulâ,
In caulâ pauper sed capit alter opes.
Alter conjugii studuit protrudere gemmas,
Alter sed coluit Virginitate torum,
Alter erat Patriarcha pius; sed Virginis alter
Qui rexit Cunas cum probitate sacras.
Tertius accedit Josephus ab Arimathia,
Qui Mausolæum fecit honore sacrum.
Dignos laude viros memoro Tibi SPONSE: Quid ergo?
Laudes participes nominis ecce tui.
Nam quoq; tu Patriæ rosa; fratrum spina, fuisti,
Instar Josephi qui pius & probus es,
Papalem dominam meretricem, dum fugitasti,
Hinc Sponsæ servas, quæ Catharina, fidem.
Grator ego similem Tibi Sponsam stemmate frugi,
Instar Gallinæ quæ ferat ova sua.
Sis felix Joseph nec non cunabula torquens,
Oeconomus sapiens, fidus in æde sacra.
Hoc precor in Jesu cœlestis nempe JEHOSEPH
Nomine, Conjugio qui bona fata dedit:

Faxit

Faxit is, ut Tibi sit Benedictio Trina J EHOSEPH
AUGMENTUM DOMINI sis maneatq; diu.

*M. Christophorus Bienerus, P. L. C.
Pastor in Ebersdorff.*

U T de Te Sponsæ, & de moratâ Tibi Sponsâ;
Sic Mihi de nostrâ grator Amicitia.
Te Sponsæ servet DOMINUS, servet Tibi Sponsam,
Nostram inculpatam servet Amicitiam.


M. Gabriel Schleiffentagius Frib. Ecclesiæ
Patriæ ad D. Nicolai Ecclesiastes.

D Ifferri non auferri quid sepè putamus:
Idq; tuo exemplo, sponse colende, probas.
Insomnes noctes duxisti sapius, atq;
Dixti, quando aderit corditùs, illa dies;
Quâ mecum Catharina sit ingressura sacellum,
Et junctura manum, numine dante, manui.
Sapius optâsti Catharina jungier: ecce,
Sat citò, sat benè jam jungitur illa Tibi.
Exequitur tandem Fortuna, quod usq; minata est;
Illa tibi tardè, ducitur illa tamen.
Distulit usq; DEUS, non abstulit, arbiter evi,
Tempora conjugii prosperiora Tui.
Non Te spes, nec amor, nec Te data dextra fefellit,
Si Catharina Tibi nubit amata, sat est.
Oreadum applaudit chorus prosphonemate, & ipsa
Te circum Gamico spissat honore Charis.
Applaudunt, Fratres, Fautores, carmine lato,
Et mecum thalamo prospera queq; vovent:

*Sit thalamus vester facundus, sitq; secundus
 Stent durentq; diu gaudia conjugij:
 Nil, nisi mors, sed sera, precor sic, mustea vestri
 Auferat & solvat gaudia conjugij.
 Hoc Votum est; addo monitum; si quando futuro
 Anno imploret opem, pòl, Catharina, Tuam:
 Et petat, ut cunas moveas, Patris instar, agendo,
 Et forsantali precinat ore Tibi:
 Joseph lieber Derre mein/
 Helfft mir wiegen das Kindelein:
 Hem, Joseph, patrem tunc temporis, usq; movendo
 Cunas, te presta: Sic decet atq; licet.
 Nam vita hac alios mores tunc postulat: eja
 Ad Cunas partes ritè tuere patris.
 Aggredere hoc opus, haud durum est, & fortiter urge
 Atq; move cunas, sic recinendo, novas:
 Ketha/ liebe Ketha mein
 Ich wil euch gerne helffen fein
 Einwiegen das kleine Kindelein/
 Gott helffe daß es schlaffe ein.
 Cesso, quid ulterius sit agendum, tùm hora docebit:
 Hac voti ac moniti summa caputq; mei.*

In gratiam Reverendi Domini Sponsi
 Tantum, ne nihil, apposuit

M. David Albinus VVittebergâ-Saxo,
 Pastor in Gelenau.


 Νυμφί Ιωσήφ ἑβραίων ἰδιώματι Ἰσραὴλ
 Αὐξήσων. ἡρισὸς τὸνομα δῶκα τὰ σόν.

Josephos aliquot codex dextro ordine ponit,
 Non minus ille Vetus, quàm Novus iste, sacer,
 Nonnè

Nonnè DEI hi memores? an non unius amantes
 CHRISTI præ multis mente fuere bonâ.
 Scribo quod scribo Historiâ mihi teste, loquorq;
 Historiam, renuens credere at ipse vide!
 Talis Josephus Dominus quoque SPONSUS ad unguem
 Extitit, Orbis eum degere vidit ubi,
 Josephos verum, quos Biblia sacra recensent,
 Ornârit mirâ cum bonitate DEUS!
 TE quoque, SPONSE novelle, tuis DEUS omnibus horis
 Ornabit mirâ sic bonitate. Placet?
 Ornari officio? Sociâ placet? Eja. Placebit
 Ornari posthâc Prole & Honore Domum.
 Sic DEUS ecce! Tui memor esse, manere, vicissim
 Non intermittet, Christus amansq;, Tui.

Ἐξ ὧν ὀλίγων ἢ βραχέων κυρίῳ ΝΕΟΝΥΜΦΙΑ
 ἀρέσκειν ἀδυναμίῳ ἐθέλησε

M. Christophorus Schnetter Lipsiens.

Divini Verbi p. t. Minister in Burckardsdorff.

Non imbres semper per agros volvuntur inanes,
 Non turbat semper multa procella mare:
 Non semper tectus remanet Sol nubibus atris,
 Emicat, & radios spargit ubiq; suos:
 Sic adversa quidem Tu plurima, Sponse, tulisti,
 Plurima namq; pio sunt toleranda viro:
 At nunc magna tuam pertentant gaudia mentem,
 Tristitia cedunt tadia dira procul:
 Te bonus egregiis donis DEUS auxit abundè,
 Cognate, hinc danda est gratia magna DEO:
 Additur hoc tandem donum, quod defluit unum,
 Et justo Catharis tempore Sponsa venit:

Dulce

Dulce decus domui, tristi tibi dulce levamen,
Solamen vita, Spes generisq; tui:
Hinc precor: Alme DEUS, vita Praesesq; jugalis,
Concilies nutu pectora bina tuo:
Felix Conjugium, felices comprecor annos,
Optatam pacem, corpora sana precor:
Crescat amor, crescatq; fides, concordia crescat,
Sic benè durabunt hac nova vincla tori.
Sint vobis Nati, Nata, dulcesq; Nepotes,
Sint rata vota, precor, sint bona fata, precor.
Josephus: ἀγαγεματικῶς: Oh es pius.
Es pius, atq; piam tibi Sponsam, dante Tonante,
Jungis; vis puram, talis & ecce datur:
Ob Frater dulcis, quo non mihi charior alter,
Cum Sponsâ innumeros vive valeq; dies.

Ex sincero affectu scribebam

Joan. Nickerleus, Pastor in
Klingenthal.

Anno; quo

Nobis CVM IesVs, DeVs & servator VerVs.

AUCUPIUM CONJUGALE.

SI quando juvenes adeunt convivia, læti
 Talia sæpè rogant, talia sæpè probant.
 Quam mihi connubio jungam propriamq; dicabo
 SPONSAM? aptamq; meo quam rear esse toro?
 Num VIDUAM ditem: mendicam numvé PUELLAM
 Moribus an similem, dissimilemq; petam?
 An facie informem? formosam numvé PUELLAM?
 Num gracilem, an crassam? dotibus anne parem?
 Num

Num VETULAM sterilem? fœcundam numvé juvenecam
 Duxero verbosam? vel magè pauciloqvam?
 Serò, an maturè? (quamvis ambire puellam
 Maturè, juvenem pœnituisse neqv̄it)
 Talia nonnunquam juvenum deliberat ardor,
 Inter at hæc semper damna dolenda timet.
 Qvod si Misniacæ molles facilesq; puellæ
 Essent argutæ, nubivagæ & volucres,
 Auceps, svaderem, fieret benè cautus amator,
 Has ut dispiceret deligeretq; sibi.
 Ne cadat in casses, prohiberet, STRUTHIO. namq;
 Non in mole, sed est in bonitate Charis.
 REGULUS est parvus. parvis est gratia rara.
 Sæpius & parvis bilis inesse solet.
 STRIX est feralis: naturâ PAVO superba,
 Quæ vano interdum nomine picta tumet.
 Imperiosa Jovis volucris: strepit improbus ANSER:
 UPUVA spurca, luto gaudet & illuvie.
 Perdita sic PERDIX. etenim lascivia multos
 Perdit amatores nec sinit esse probos.
 PICA loqvax: Doctis sunt grata silentia Musis:
 Hinc Musis mulier, res odiosa, loqvax.
 Non veniat piceis velata MONEDULA pennis,
 Anxia res piceas est habuisse manus.
 Sed nec HIRUNDO: fidem nam Ver, mihi crede, jugalem
 Non facit, ast tandem Bruma reapse probat.
 NOCTUA, monstrosa est: CORNIX est improba: TURDUS
 Fertur edax: PASSER creditur esse salax.
 FALCO, rapax: MERGUSq; bibax: hiat ICTERUS auro:
 Præ cunctis TURTUR. cuiq; placere solet.

TURTURIBUS peccare nefas; Concordia dulcis
Semper inest, castus TURTURIBUSq; torus.
Queis si GALLINAM glorientem junxeris, in spem
Venturæ Sobolis, non mihi falsus eris.
Hancce JOSEPHE tene, donum cœleste tenebis,
GALLINÆ & quondam præmia digna feres.
Sat benè conclusum, SPONSIS bona dicite verba:
Nox illis svavis, sit nec amara dies.

Debitæ gratulationis ergò erectum

ab

Adamo Andrea. p.t. Sch.
Chemn. Rectore.

Per angusta ad augusta.

Multa tulit tristi conclusus carcere Joseph,
In tenebris, ferro, vinculisq; diu maceratus:
Hisce malis tamen haut fractus, sed speq; fideq;
Fortiter is fretus, ferro vinculisq; solutus,
Exiit ad celsum culmen Regni Pharaonis,
Decreto, verboq; Dei misso auxiliantis:
Hæc eadem passum fermè, duro exilioq;
Vexatum graviter nimium Joseph venerande
Te quoq; sat pressum ærumnis gravibus meliore
Sorte frui, Sponsaq; novâ Numen dedit alnum.
Gratulor ergo animo tibi, Præstantissime Sponse,
Selectaq; tuæ Nympha precor optima vota,
Conjugij quibus Ipse Deus nunc annuat autor,
Concilians animos amborum inflammet amore,
Almam dans pacem, dissolvens vincula litis

Vos

*Vos opibus cumulet, dilectâ prole beet q̄,
Teq; tuamq; diu incolumes conseruet alatq;.*

Adproperabat animitus

*M. Christianus Engel SS. Theol. Stud.
& p. t. Scholæ Chemn. Conr.*

S*I* sacris verbis valor est, jam tutius ibis,
COGNATE; & lectus jam magè gratus erit.
Juncta etenim lateri est, quæ te comitetur euntem,
Quæq; leuet, gressu si titubante cadas;
Et si difficili quereris de frigore lecti,
Concubitu hæc faciet strata calere suo.
Grator ego sortis fautricis munus & opto,
TE benè SPONSA leuet, TE benè calfaciat.

Honoris causâ

Componebat

*M. Johannes Ule S. S. Th.
Studiofus.*

I*S* nimum felix, is terq; quaterq; beatus,
Inviolata datur cui CATHARINA viro.
Hunc natum liceat felici dicere cælo,
Et nactum summas totius orbis opes.
Talis Tu meritò dici JOSEPH mereris,
Cujus in amplexus pura puella venit.
Ecce verecundis oculis, & pectore casto,
Conspicuum virtus, quam pietasq; facit.
Gratulor ergò tibi Sponsam, pie Sponse pudicam,
Quæ tibi contingit sic moderante DEO.
Det DEUS omnipotens, absint mala semper abundet
Prole corus, vino cella, culina cibo.

B 2

Crescat

*Crescat amor seros feliciter auctus in annos
Eveniant votis uberiora meis.*

Affinitatis & sinceræ gratulationis
ergò apponebat

*M. Andreas VValtherus junior
Friberg. Misn.*

AD SPONSAM VIRGINEM LECTISSIMAM
JOCUS NUPTIALIS.

DE gallo quoniam cognomina ducitis ambo;
Nam Sponsus Pucliers *Hänel*n ejus Amor,
Sponsa mihi memora: Cur talia nomina fertis?
Et nomen proprium cur CATHARINA tuum?
Si nescis dicam: Volucris Titania quando
Horas exclamat vox Catharina sonat.
Nam purè cantat, vocemq; extollit in altum,
Audiat ut quivis, quod sibi casta soror.
Gallinæ cupidum cunctas se prodit in horas,
Et tamen is *na ja egs* scilicet esse cupit.
Sic etiam quando nidum Gallina relinquit,
Puc-Puc-Puc-Pucliers glocitat ovifera,
Et se submittit foecundo semine gallo,
Qui totam gentem complet, ut ova ferat.
En par egregiam vos ambo! Sponsula nonne?
Gallus gallinam dum citat, illa vocat.
Ergò Tibi grator de galli voce suävi,
Et precor, ut semper glocitet intus Amor,
Pluria qui pariat contracti fæderis ova,
Ne defint vobis pignora sacra tori.
Sic rectè Vocem resonet Gallina quotannis
Puc-Puc-Puc-Pucliers Tu mihi solus Amor.

Et

Et vos felices sitis, dum cantibus oris
Evocat auroram gallus & ova simul.
Dum gallina suos alarum tegmine pullos
Et tegit, & fovet, & ducit, eosq; citat.
Instar pullorum cum sitis & ambo citati
A Domino ad sancti debita juratori:
Instar Gallinæ DEUS & vos protegat ambos,
Nutriat & ducat posteritate, precor.

Hochzeit Scherz an die Tugendsame Jungfrau
Braut in Teutschen Klang gebracht.

Das Ihr werd von dem Han ein Hännlein genennet/
Wie auch der Breutigam sich fein darzu bekennet/
Weil er Pucklierichs heist/vñ wil der Buthan seyn/
Der seine Lieb mit Namn gibt zu verstehen fein/
Sagt mir doch Jungfrau Braut/warum heist ihr so beyde?
Ein frage steht ja frey: Antwort' doch fein bescheide:
Ich wolt auch gerne wissen/warumb Ihr Catharin
Genennet werdet recht? Der Nam ist warlich schön.
Wist Ihr das aber nicht? So hört ich wils Euch sagen/
Der Vogel der der Sonn vorgehet mit sein Kragen/
Wenn er die Stund außruft/sein Stimme fast so laut/
Als ruft er Catharin/Euch Tugendsame Braut/
Denn Er drum seine Stimm erhebt vud helle krehet/
Das jederman sol hörn/wenn er so früh auffstehet
Vnd lustig sich erzeigt bey seinen Ketterlein/
Die sich mit keuscher Lieb zu ihm gesellet fein.
Sein Hännlein Er nach geht/vnd wil fast alle Stunden/
Schaut wie er sich verräth! Wenn er sie nun gefunden/
Beist er Sie in den Kam: Ist das aber der Mann/
Der gar from/from wil seyn/vñ geht doch wider dran?

B iij

Also

Also auch wenn die Henn aus ihrem Neste steigt/
So bald das Ey gelegt/dasselb Sie nicht verschweiget/
Sondern zeigts an dem Han/rufft PucPucPuc Puc-
liers/
Das heist so viel/ Ihr seyd mein lieber Han/ hört ihrs?
Vnd wenn sie Ihre Lieb frey öffentlich bekennet/
Befelts dem Buthan wol/ bald eilend zu ihr rennet/
Vnd hertzet sie darfür als seinen lieben Schatz/
Darvon kömpt manches Ey/ vnd mancher Eyerplatz.

Nun seht das feine Paar seyd Ihr heut gleichsam worden/
Ach Breutlein wie gefelt Euch denn der neue Orden?
Darin der Han die Henn/vnd sie den Han vocirt,
Wenn er oft Catharint vnd sie fein Puckelirt.

Drumb komm ich nun hieher/meinen Wundsch anzubringen
Wegen der Hanen Stimm/ so Euch thut fein ansingen/
Gott geb/das stete Lieb gluckse in Ewern Leib/
Vnd das der Breutgam fein bey seiner Weining bleib!

Damit Ihr alle Jahr ein paar Schock Liebes Eyer
Wögt legen/ nach dem pact/den Ihr gemacht heyer/
Auff das ihr brüttet auß viel junge Hünelein/
Zur sonderlichen Zucht: Wird das nicht feine seyn?
So werd Ihr dann erst recht Ewr Stimme lassen hören/
Puc Puc Puc Puc Pucliers / wenn Ihr werd lockn vnd
führen

Die kleinen Rüchelein/vnd sagen zum Buthan/
Ihr seyd mein Lieb allein/weil Ihr das habt gethan.
Vnd solt Glückselig seyn/ von Gott/ so lang den Worgen
Der Han mit seiner Stim aufruffet ohne Sorgen/
So lang er krehen wird am Tag vnd in der Nacht/
Darinnen manches Lieb einander wird zubracht.

So

So lang die Gluckhenn auch die Kùchelein bedecket/
Mit Ihren warmen Dach der Flùgel/fein verstecket
Er wermet vnd ernehret/vnd fùhret als ein Kind/
So zu der Mutter sich/wenn sie es locket/find.
Vnd weil Ihr beyde seyd wie Kùchelein gelocket
Von Gott in diesem Stand /darinnen eingebrocket
Das Recht der keuschen Lieb / vnd was ihr schùldig seyd
Einander in der Eh zu halten allebeid/
So sey Gott gleicher weis wie eine Henne pflaget
Besinnet gegen Euch/die Ihre Kùchlein heget/
Er schùtz vnd nehre Euch/vnd fùhr Euch lange Zeit/
Das wùndsch Ich/zeitlich hier/vnd dort in Ewigkeit.

Zu Ehren vnd guten gedächtnis
hats gemacht.

Orpheus Sobrius Richter.

Hochzeit-gelächter

Was Venus vnd ihr Sohn zu dieser Hochzeit giengen/
Vnd sie der Brentigan vnd seine Braut empfiengē/
Stund Risus auff der seit/vn lacht mit vollem Wùd/
Daß in dem gantzen Hauß ein grosser schall entstund.
Die Venus wand sich ab/zu forschē/welcher sachen
Der Gott gelachtet hat? Er sprach: Sol ich nicht lachen!
Wenn du die Ursach wùst/du lachtest selbst mit mir/
Vnd weil du sie begehrst/wil ich sie sagen dir.
Man hat bißher die Braut die Dänlin stets genennet/
Vnd hatt doch keinen Dan (wie sie denn selbst bekennet)
Jetzt hat sie einen Dan/vnd darff doch nicht den Nam
Der Dänlin fùhren mehr/den sie zuvor bekahm.

Da

Da sie kein Dänlin war / da must' sie also heissen /
Jetzt da sie eine ist / thut man den Namn weg reissen /
Sie solt' ein Dänlin seyn / vnd hatt' doch keinen Dan /
Sie sol kein Dänlin seyn / vnd hat doch einen Dan /
Ohn Dan ein Dänlin seyn / bey dem Dan kein Dänlin heisse
Wer wolt' doch jimmermehr das Lachen hier verbeissen ?
Vnd dessen lach' ich auch / vnd wer nicht mit mir lacht /
Ist nicht werth daß er lacht. Der Gott hatt' kaum voll-
bracht

Die lächerliche red' nicht ohne vieles lachen /
(Wassen denn dieser Gott nichts anders pflegt zu machen /
Denn lachen allezeit) lacht Venus vberlaut
Der Venus folgt der Sohn / dē Sohn die junge Braut /
Der Braut der Brentigam / dem Brentigam die Gäste /
Den Gästen jeder man / der bey dem Hochzeit-feste
Damals zugegen war. Als dieses so geschah' /
Vnd mā im Hochzeit-hauß nichts anders hört noch sah'
Als lachen ohne maß / verschwande Risus wieder
Nicht ohn Verwunderung der lachenden gemüther /
Santz frölich bey sich selbst / daß er von Ungeschicht
Ein so kurtzweilig Spiel allda hett' angericht.

Lachens wegen
beschrieben

von

Johann Knörringer /
Cadâ-Bohemo.

Josephus forsā cunas hinc inde movere
Præstò fuit Nati Virginis atq; Dei.
Se parat & sponsus Josephus noster, ut æquè
Accipiat, cunas unde movere sinat.

III

*Illi igitur fœcunda DEUS cunabula donet,
Quæ rarò casti sint sine prole tori.*

Johannes Drabitus pubis Schola-
sticæ Informator VValdhemii.

EST DEUS omnipotens in cœlis auctor & autor
Conjugii sancti, pagina sacra docet.
Gaudia, tempus adest, celebrare Hymeneia, Sponse,
Jam licet & Sponsis, oscula plura dare.
Conjugium felix, felicia fœdera lecti,
Fœcunda atque proba conjuge quid melius?
Hæc tibi perpetuò medicamen sitq; levamen,
Sit fulcrum illa tuæ, & firma columna domus.
Qui vos conjunxit, sancti pius autor amoris,
Vos beet ac ditet, protegat atque regat.
Qui vult unanimi duo corcula vivere mente,
Pectora pace liget, pellat Erynnis opus.

Moris, Amoris, Honoris ergò

Johannes Wagner Scholæ Cantor &
Chori Musici Director apud VVald. f.

WEil ich jetzt nach dieser Reiß/
Von nichts anders zu sagen weiß/
Als von Krieg vnd von Kriegesgeschrey/
Von rauben/ stehlen mancherley/
Vnd das jetzt ist an allen Orten/
Der Mars gar toll vnd töricht worden/
Ja allenthalben hört man stimmen/
Allermo/ pfeiffen / vnd das trummen/
Bald brent man hie / bald ist ein Noth/
Bald schlegt man einen gar zu todt/

S

Der

Der wird beraubt/der wird bestohlen/
Ey den wil der Seitzeuffel holn/
E naus mit diesen losen Zeitrn/
Wir lassen die Kriegsleute beien/
Der Mars wird ja zu seiner Zeit/
Nuch brauchen was bescheidenheit.
Wir wollen jetzt zu einem Sieg/
Schreiben von trewen Venus Krieg/
Da hawt man nicht so greulich drein/
Da mus nicht alles erstochn seyn/
Da ist fürwar gar schlechte Noth/
Da scheust keiner den andern tod/
Da ist ja nichts / denn eitel Frewd/
Vnd giebt doch auch gar gute Beut/
Da wird kein einzig Hauß verbrend/
Der Feind nicht vbel angerend/
Mit Schmätzlein man ins Feld flankirt,
Mit seiner Part gütlich tractirt,
Wenn man die Festung wil einnehmen/
Kein lieblich mus man sich bequemen/
Zur Schlacht mus man auch seyn bereit//
Mit hochgewünschter Freundlichkeit.
Carthaunen groß/nach Helleparten/
Man nicht hier zu darff noch Petarten/
Pistollen sind nicht angenehm/
Das Schiessen ist hier vnbequem/
In diesem Krieg kein Hiebnoch Stich//
Kein Schoß/kein Schlag ist gefährlich/
Man thut sonst wol mit bessern Sachn//
Mit seinem Feind Accordo machn/

Man

Man darff hier keiner Schantzen nicht/
Dem Feind ohn das man wol abbricht.
Wer wolt denn nicht den Venus Sieg/
Vorziehen weit des Martis Krieg/
Er ist ein schrecklich böser Mann/
Sie aber nichts als lachen kan/
Er ist ganz voller Grimmigkeit/
Sie aber voller Höfflichkeit/
Er lebet in Sturm vnd in Strauß/
Sie aber theilt fein Schmätzlein aus/
Gibt er ein Beut / das kan sie auch/
Aber mit viel bessern gebrauch.
Darumb Herr Breutgam wolgeacht/
Habt Ihr euch nun gar recht bedacht/
Vnd Martem Martem bleiben lahn/
Seyd worden Veneris Kriegsmann/
Kriegsmann / Siegsman / das ist ein Frewd/
Was gilts in kurtzen wird ein Beut/
Zu rechter Zeit werdn gegeben/
Dis selbst haben wird das Leben/
In diesem Krieg manch praß Monsier
Kempfft / vnd manch hurtig Cavallier/
So wol als bey Marti im Feld/
Streit vnd krieget ein wacker Held/
Hiemit wünsch ich ein gute Nacht/
Herr Breutgam nembt ja wol in acht/
Die Braut / vnd euch fein lustig macht/
Damit Holla zu guter Nacht.

Andreas Dorlemann.
Nivimontanus.

C 2

Dis

D i faciant omen, Pastor Reverende, diei,
Intravit thalamos quà nova Sponsa tuos.
Insignita dies felicis nomine, fecit
In quà felicem Te, Catharina virum.
Felix conjugium, felix Catharinaq;, felix
Progenies, felix sit tibi quicquid agis.

Christophorus Döbelius
Glauchâ Misnicus.

Q uod Præceptori plures optare colendo
Tentant, ipse brevi lemmate perficiam:
Exige cum SPONSA multos feliciter annos,
Æques & Pylios Nestoreosque dies.
Det DEUS atq; Tibi myrmecia mille bonorum,
Defendat clemens Teq; tuamq; domum.
Sic voveo : Christus mea vota exaudiet ipse,
Et dabit his votis pondus inesse meis.

In honorem Rev: Domini Sponsi Præceptoris quon-
dam & Cognati sui charissimi scriptum à
Johanne Schobero Jun.

SchlussVotum.

Weil alle nunmehr in gesam/
Gewünschet Braut vnd Bräutigam/
Wünsch endlich ich/ es wolt gewärn/
Gott/ der nicht lesset sein beschern/
Daß all der Gäste Geuffzerlein
Erhöret/ Ja vnd Amen seyn.

Dem Herrn Bräutigam/seinem alten Herrn
Præceptori vnd Vettern zu Ehren also
aufgesetzt von

Friderico Schobern.

F I N I S.

Stadtbibliothek Chemnitz



A 145109 5



SLUB

Wir führen Wissen.



STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ



Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.